

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Unde nec calceos in sacris habuerunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

nalibus, aut balteo, aut cidari,  
aut tunica, itemque cum aliquo  
vestimento duplii est indutus, puta  
duabus tunicis aut balteis. Quin  
ad eo solliciti sunt Judæorum  
magistri, ne quis sacerdotio fun-  
geretur pluribus vestibus amictus,  
quam lex divina postulabat, ut  
inter vestes superfluas quibus mi-  
nistrare nefas, minutissima quæ-  
que reputent, *emplastrum* scilicet &  
*ligamenta* in digitis, aut alia aliqua  
corporis parte. Videri possunt  
quæ ex Massecheth Zebachim in  
Gamara, itemque Barthenora &  
Mose Maimonide prolixius obser-  
vavit vir eruditissimus Johannes  
Braunius. Imo Sacerdotibus nu-  
dis pedibus super pavimento stan-  
dum volunt, ut si quis inter mi-  
nistrandum forte stetisset vel super  
vestem aliquam, vel aliud instru-  
mentum, quod forte jacebat, aut  
super bestiam, aut agnum imo vel  
super pedes socii, totum sacrifi-  
cium illegitimum fuisset, uti ex  
eodem codice Zebachim, & Mose  
Maimonide, Braunius notavit.  
Hæc quidem superstitione à verpis  
observata sunt. Magistri scilicet

Braun. de  
Vest. Sac.  
Hebr I. I.  
cap. 3.

M inep-

## 266 De CALCEIS HEBRAOR.

ineptissimi multa comminiscuntur,  
quibus ostendunt se τὰ κάναπα δη-  
λίγεν. Tamen cum hæc caveant  
tam sollicite Rabbini, sacerdotes  
olim non nisi nudipedes sacris mi-  
nistrasse, & nullis calceis aut pe-  
dum integumentis in templo usos,  
constare potest.

IV. Idem docent Sacerdotum  
lotiones, quæ in Atrio fiebant.  
Sacerdotibus, cum tabernaculum  
aut templum essent ingressuri, ubi  
Thymiana Domino in altari esset  
offerendum, in mari æneo pedes  
lavare lex divina præcepit. Ita  
enim legimus. *Et missa aqua lava-  
bunt in eo (mari nempe æneo)  
Aaron & filii ejus, manus suas ac  
pedes, quando ingressuri sunt taber-  
naculum testimonii, & quando acces-  
suri sunt ad altare, ut offerant in eo  
Thymiana Domino, &c.* Fit quidem  
solius lotionis mentio, ad quam  
sacerdotes, sacris perficiendis se  
accingentes, tenebantur. Inde  
tamen concludi sat evidenter potest  
sacerdotes, sacris operantes, di-  
fiscalceatos fuisse. Quis nescit, lo-  
tionem tam solemnem, nisi calcea-  
mentis, siquidem illis alias uteren-  
tur

*Exod. 30.  
19. 20.*